

1735.

1. Alberti, Michael: De medicis in nobis sive medicina naturali.
2. Alberti, Michael: De Systematis medica.
3. Alberti, Michael: De medico pro nobis sive medicina artificiali.
4. Alberti, Michael: De naturalis senae Deprecatione
5. Alberti, Michael: De euthanasia medica.
6. Alberti, Michael: De Letifera ac praematura formosorum deformatione.
7. Bochnerus, Justus Henning: De origine caussae et occurrunt formae imperii Rom. Rom. praesentis
- 8^a 16^{ta} Bochnerus, Justus Henning: De pacto de non proel. sua conditione contra communes errores. 2 Script. 1735-1744.
- 9^a 17^{ta} Bochnerus, Justus Henning: De jure ex pacto heredi quiritato

1735.

10. Buchnerus, Justus Hungaricus : De pacto remissionis
motu concussus.
11. Gresser, Simon Petrus : De pactis clandestinis
12. Herelius, Fr. Fridericus .. Sacrorum acas. ex
enumerationem Feudariam.
13. Funckerus, Joannes : De confortativo archiep.
14. Kahlus, Ludovicus Martinus : De seculo.
15. Langius, Joannes Joachimus : Theses philosophice
inaugurales variae.
16. Lemus, Benjamin Abraham : De cerevisia in his-
siccandi.
17. Luberus, Fr. Petrus, de : Differentias juris Romani,
Galli et Germanici in peregrinitate, abhincatio abque
Wildfingente .. respondet.

- 18^a Michaelis, Christianus Benedictus: Disputales chorographicae inaeq., notiones superi et inferi, indeque accessus et recessus, in chorographiis sacris occurrentes, evolvens.
- 18^b Michaelis, Christianus Benedictus: De locorum differentia ratione antice, posticae, dextrae, sinistrae
19. Schulze, Joannes Henricus: De carne ferina
20. Schulze, Joannes Henricus: De vino interdicentis
21. Schulze, Joannes Henricus: De capellis in mensa.
22. Schulze, Joannes Henricus: De senum diaeta.
23. Schulze, Joannes Henricus: De medicis vehementer laudari digno.
24. Struve, Ernestus Gottfriedus: De convalescentiae statu ejus impedimentis et praesidiis.
25. Wiganus, Ernestus Carolus: De veritate.

97. 1735 32 1
DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE

M E D I C O
I N N O B I S
S I V E
M E D I C I N A N A T U R A L I,

Quam
AUSPICE DEO PROPITIO,
Consensu atque Auctoritate Gratiſſa Facultatis Medicæ,
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,
P R Æ S I D E

DN. D. MICHAELE ALBERTI,

SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB.
CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE
PUBLICO ORDINARIO, ETC.
DECANO H. T. SPECTATISSIMO,

Domino Patrono, ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,

PRO GRADU DOCTORIS

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILE-
GIIS DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,
HORS LOCOQUE CONSVETIS,

ANNO MDCCXXXV. D. XXIII. JULII

PUBLICÆ AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJCIET
R E S P O N D E N S

BENJAMIN BAHL,

URATISLAV. SILESIVS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
TYPIS JOH. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICAE

M E D I C O

IN NOBIS

SIVE

PRINCIPALIA NATURALIA

AVCTORE

FRANCISCO JOSEPHO

DE WILHELMINA

1842

DR. D. MICHAELI ALBERTI

CONSILIARIO MEDICO ET PHISICO REGIO PROFFESSORE

ORDINARIO

PRINCIPALIA NATURALIA

AVCTORE

FRANCISCO JOSEPHO

DE WILHELMINA


1842

DR. D. MICHAELI ALBERTI





PROOEMIUM.



Admiranda sane summa-
que veneratione digna Dei boni-
tas est atque sapientia, qua singu-
las creaturas aut exquisita activi-
tate, aut peculiari receptivitate,
instruxit, ut, juxta Poetam, *Jo-
vis omnia plena* existant, homines:
que imprimis in Eo vivant, moveantur & sint: qua-
re GREGOR. M. Homil. 17. in Ezech. ait: *Deus omnia cir-
cumdat: ipse est interior & exterior, ipse inferior & supe-
rior: regendo superior, portando inferior: replendo inte-
rior, circumdando exterior; sicque est intus, ut portet, sic
circumdat ut peneget; sic praesidet ut portet, sic portat,
ut praesideat: conf. GEIERS omniapraf. Dei meditat. 36.*
Quemadmodum spiritualis vitæ & sanitatis sator, con-
servator, confirmator & restitutor Deus est, ita natu-
rales vires sub illius directorio & adjutorio positæ
sunt: per Ejus potentiam atque bonitatem enim cor-
pori humano, quippe fragili & testaceo vasi & habita-
culo, indita est causa, quæ hoc suum domicilium ab
intra salutaribus instruit motibus, & salutariferis afficit

A 2

fun.

functionibus, subinde etiam ab extra remedia salu-
 bribus qualificat viribus, ut convenienti ordine atque
 usu similes salubres efficacias vacillanti vitæ atque sa-
 nitati largiantur: ARISTOTELES suo tempore *Lib. de*
Mundo cap. 6. hanc potentiam & bonitatem Dei testa-
 tus est: *antiquus est, ipse ait, sermo, omnesque homines*
parentes docent, omnia a Deo & per Deum facta & composi-
to esse: is enim non tantum vere conservator, sed & creator
omnium rerum est, quæcunque in mundo quocunque modo
sunt: & porro: Deus potentia sua potentissimus, pulchri-
tudine pulcherrimus, vita immortalis, virtute virtuosissi-
mus aut optimus: quamvis eapropter a mortali creatura
haud conspici possit, operibus tamen & facultatibus suis con-
spicius fit: ejusmodi opera in regno naturæ multitu-
dine & celebritate sua ineffabilia existunt; ut non mo-
do in vastissimo Macrocosmo, sed & in centro uni-
versi, videlicet Microcosmo, admiratione digna ope-
ra Dei advertere liceat: Et quamvis hodiernus luxus,
speculationibus & curiositatibus deditus, sibi alte fa-
pere videatur, ac si ordines, leges, vias, ductus, mea-
tus, harmoniam, nexum, relationem &c. motuum
perspexerit, tamen ordo Dei in libero naturæ flumine
*illud effatum in ore continet *Es. LV. 8. 9.* non eadem enim*
mea, quæ vestra sunt cogitationes, nec eadem vestra quæ mea
sunt rationes, inquit Jova. Nam quantum calum terræ super-
eminet, tantum mea rationes cogitationesque supereminent
vestras: eaque propter interest ordines Dei in natu-
ra curatius observare, nec artem & naturam inter
se frivole curiositatis affectu atque pruritu confunde-
re: etenim gloriam Dei minus sufficienter amplificat,
 tan-

tantum vires corporum & leges motuum, nec non actiones & relationes solidorum & fluidorum declarare, nihil tamen solidi inde demonstrare, potius omnes respectus rationales inter se in perturbationes conjicere, siquidem rectius convenit in subjectis quibusdam naturalibus actiones, sub interno moderamine procedentes, libero atque simplici ordine & modo ad salutarem effectum & eventum contententes, atque citra curiosi artificii directorium decurrentes, annotare, adeoque hanc causam verius & sincerius scrutari æque ac imitari, quo Medicus, quippe Naturæ Minister, suo officio rite satisfaciat; In hoc Naturæ libro egregia testimonia divinæ bonitatis & sapientiæ inclarescunt: unde AUGUSTINUS *Lib. 32. contr. Faust. c. 20.* elocutus est: *totus hic mundus magnus quidam Naturæ verum liber est:* & ANTONIUS EREMITA teste *Socrate Lib. 4. c. 3.* & *Niceph. Lib. 11. c. 34.* dixit: *Liber meus est natura omnium Creaturarum:* quid juvat itaque inquieto & fastuoso animo tantum nova & inaudita, illaque fallacia & instabilia rimari, antiqua vicissim, in Natura fundata, spernere, pro obsoletis observationibus, aut metaphysicis elocutionibus diffamare, ut innocentes mentes in hanc curiositatum tabernam seducantur: non male itaque SPIZELIUS in *Scrutinio arbeitsmi* p. 108. inquit: *sapientia naturalis perversa tractatio, causa arbeitsmi est:* CONF JACOB THOMASIIUS in *præfat. ad Physicam:* quod si itaque vera & certa indicare & prædicare quisquam gestiat, a Natura doctrinam hauriat, hujus salutare operationes attendat, annotet & applicet, juxta effatum TERTULLIANI in *Lib. de Resur-*

Resurrect. Præmisit Deus naturam magistram, submisit vero & prophetiam: quo facilius credas Prophetiæ, discipulus esto naturæ: Quod ex parte hæctenus in abstracto dictum fuit, id in concreto ad forum Medicum apposite applicari potest; enim vero Medica ars versatur circa objectum & subiectum naturale, corpus videl. humanum, huiusque vitam aut conservationem naturalem, circa motus & functiones naturales, circa media & subsidia naturalia, adeoque intra naturæ limites circumscripta est: singuli hi & adhuc alii respectus, non in externa & a corpore remota modificatione, sed ab interna, in corporis dimensione succedente, œconomia pendent; ita ut ipse processus vitæ naturalis & simplex & vicissim in sua simplicitate admirandus sit: quare ab antiquis temporibus in nostras annorum periodos illa transit sollicitudo & cupiditas, verum indagandi causam atque originem unde libera, naturalis & ordinaria corporis humani proveniat conservatio, directio, periculorum declinatio, corporis roboratio & augmentatio: ut & unde pendeat spontanea morbosarum afflictionum debellatio, subjugatio, emendatio & in integrum restitutio: nec desunt testimonia, quibus confirmari potest, quod interdum operosæ, scrupulosæ & velut curiosæ, subinde etiam verbosæ atque per multas disciplinas & artes tractæ & agitæ huius causæ indagaciones, tandem posthabito omni reliquo respectu, ad minimum vel nihil, vel male cohærente, ad voluntatem Dei asylum suum prosecutæ fuerint, sicut talis antesignanus fuit HIPPOCRATES Lib. I. de partu Septim. text. 11. quan-

quando dicit: *secundum priscam generationem, cum omnia animantia condita & creata sunt, sic conformata fuerunt; scitoque etiam nunc eodem modo & per eadem secundum leges cuncta conformari nascique posse. & Lib. I. de Diæta s. 6. text. 24. omnia naturalib. corporibus fiunt per divinam necessitatem & quæ volunt & quæ non volunt: HELMONTIUS in Physica Aristotelis & Galeni ignora n. 9. p. n. 112. ait: a voluntate divina primo sunt omnia mota conf. SENNERTUS de consens. & diff. chym. cap. 9. SCALIGER exercit. 188. 359. RIOLANUS princ. phys. c. 3. SCHELLHAMMERUS in natur. vindicata p. 104. & sparsim PETRUS POIRET in cogitation. de Deo, anim. & mundo. CARTESIUS, MALEBRANCHE, BORELLUS & MORUS: ast præter hanc primam, summamque causam, de qua Apocal. IV. ii. testatur, dignus es Domine, qui gloriam & bonorem & potestatem accipias, quoniam tu omnia condidisti, eaque tua voluntate & sunt & condita sunt, in Philosophia naturali & disquisitione medica reliquæ causæ subordinate & proximiores investigantur; quæ meditatio nos permovet, ut præsentī inaugurali dissertatione de MEDICO IN NOBIS aut Medico insito, succincta tractatione agamus: cui proposito ut cœlestis rerum Moderator almo suo auxilio & Præsidio adfit, humillimis flagitamus precibus.*

§. I.

AD meditationem & explicationem *Medici in nobis* ansam dedit, quod Benedictus noster Salvator in Sacro Codice emphatico prædicato multoties (spirituali & naturali significato *Medicus*, Jova, qui dictis suis obtemperantibus medetur, vocatur.

tur. *Exod. XV. 26.* & quando ab & de Eodem dicitur. *Matth. IX. 12.* bene valentes aut sanos haud medico aut male affectos aut ægros hoc indigere. *Jerem. XVII. 13. 14. Sa-
na me Jova & sanus ero; serva me & salvus ero. conf. Luc. IV. 23. medice cura te ipsum:* eapropter multis testimo-
niis in S. S. probatum est, Christum Servatorem ipso ef-
fectu Medicum se præstitisse, qui ægros sanavit, infirmos
roboravit, vulneratos curavit &c. Proinde etiam Sum-
mus hic Medicus in dulci Sancti verbi mysterio, quippe
Justitia & fortitudo, imo alium nostrum *auxilium in nobis*
& *pro nobis* concelebratur: IN NOBIS juxta testimo-
nia *Job. XVII. 21 - 23. Rom. VIII. 10. II Cor. XIII. 5. Gal. II. 20.* (cujus dicti virtutem & emphasin B. SPENERUS
in *Ersten Geistl. Schrifften p. 181.* eximie extollit:) *IV. 19.*
Ephes. III. 17. Coloss. I. 27. & PRO NOBIS: *Rom. V. 6. 7. I Cor. V. 7. XV. 3. Galat. I. 4. II. 20.* in quo posteriori lo-
co apostolus ait: *Christus vivit IN ME*, porro, *ut seipsum*
PRO ME *dederet*: Eapropter etiam hic summus & per-
fectissimus Medicus in & *pro nobis*, principalissimi Episco-
pi officio fungitur: & ita *Constantinus M.* referente EUSE-
BIO *Lib. 4. de vita Constant. c. 29.* distinguit dignitatem
Episcopalem IN Ecclesia & EXTRA Ecclesiam. HIERO-
NYMUS *Tom. 7. Ep. ad Evagr.* dicit: *episcopi nomen signi-
ficantius græce dicitur, nam ἐπισκοπέωτες ἵ. e. superinten-
dentes, unde episcopi nomen tractum est:* & AUGUSTI-
NUS *de Civit. Dei Lib. 2. c. 19.* ait: *nomen Episcopatus est*
*nomen operis, sive officii, non honoris; græcum enim est, at-
que inde deductum vocabulum, quod ille, qui præficitur, su-
perintendat, curam scilicet eorum gerens.* LUDOV. VIVES
ad Lib. 19. de Civit. Dei super inspectores nominat. Hæc
anno.

annotatio nos permovet, ut in foro *medico talis medicus in nobis*, ejusmodi *episcopus* officio suo corporis *salutem & integritatem* promovens, inquiratur, defendatur & promoveatur; proinde, ut etiam observetur & commendetur illius *salutifera* operatio, unde peritus, *dignus & felix Medicus pro nobis* educari & institui potest; adeo ut certa, *salutifera*, fundata, comparate constans & perita *Medicina artificialis* ab altera illa spontanea sive *naturali* viam atque manu ductionem impetrare debeat: Et hæc consideratio *generice* nobis Medicum omnibus hominibus *innatum*, internum & *sponte* operosum delineat, quod videlicet illa proxima causa sit, unde *motuum vitalium & connexarum* functionum gradus, ordines & *directiones* pendent, quibus *status præsentis* sanitatis erigitur & *informatur*, alter vero *amissa*, sed denuo *restituendæ* sanitatis status atque processus administratur & perficitur: Hic Medicus *in nobis* æque *realis* causa est, ac *conservatio* corporis, extreme *corruptibilis*, nec non *sanatio* afflicti & in periculo *mortis* subsistentis corporis, *realis & effectiva* operatio & mutatio est, sub qua respectus *boni & mali* indies occurrunt, qui tamen satis sæpe ab eadem *interna* causa ita diriguntur & tractantur, ut *letifera* causa *variis* modis coerceatur, subinde *vero vita* confirmetur & *sanitas* restituatur: idem Medicus *in nobis* *ordinaria* sua functione non nisi medicinam aut *officium genuinum* medici exercet, siquidem nunquam adeo *purum* humanum corpus concipi potest, quin *eodem* sane tempore, quo *nocivæ* causæ separantur & *evacuantur*, similes *regenerentur* & dum *laudabiles* causæ & qualitates *seiliguntur* & applicantur, *illaudabiles* generentur & colligantur, ita, ut sub *communi vitæ* humanæ tractu *simul uno*

B

tempo.

tempore, uno medio sive motu bona & mala eveniant, adeoque in hoc phænomeno duo contraria simul evenire queant; Si itaque Medici officium est, conservare subiectum, circa quod versatur, emendare & meliorare illud, si forte in adversam qualitatem delabi inchoet, idemque solvare atque defendere, si jam actu sub periculo consistat; ita quodvis tale officium causa seu principium illud exequitur, eaque propter Medici prædicationem, principaliori significato, meretur, qui non mora & arte generatur, sed ita homini inexistit, ut hujus formam, essentiam & propriam indolem atque genuinam æconomiam constituat, ita ut sine hoc medico homo ne fieri, nec subsistere, nec durare queat; quam causam eapropter nec directricem, nec protectricem, sed strictius medicatricem nuncupamus; quemadmodum in sensu physico & medico de homine sub quolibet infirmæ, lubricæ ac fugacis vitæ statu judicare possumus, propheticum illud Esaiæ I. 5. totum caput ægrum est, totum cor languidum, a pedis vestigio ad caput nihil est sanum. in eo: totum corpus immundum: mors in olla.

§. II.

Hæc cognitio medici *in nobis*, sive *innari* & *institi*, supeditat verum fundamentum atque *principium omnium demonstrationum*, in foro medico necessariorum, utilium & certarum: si enim *infallibilis* veritas est, quod *extrinsecus* varia *noxia* corpori humano accidant & insinuentur subiecta & qualitarum specimina, *intrinsecus* autem vel *singulis* momentis æque infensa & *perniciosa* generentur subiecta & offendicula; si vicissim *invincibilis* veritas est, quod sub negotio sanitatis *ejusmodi* causæ & qualitates *indies* mutantur, præparentur & separentur, insuper vero utiles

utiles, laudabiles & convenientes tales materiae & qualitates reparentur, comparentur & applicentur; si *indubia* veritas est, quod sub hoc processu partium *fluidarum* relativa *temperies & consistentia*, *solidarum* vero *mobilitas*, permeabilitas & capacitas conservetur, adjuvetur & confirmetur; si tandem perfecta & *intemerata*, imo in omnes in- & externos sensus incidens veritas est, quod sub ejusmodi respectibus & connexis pluribus aliis, corpus humanum extreme fragile, *infirmum*, testaceum & *sponse* ad *interitum* proclive, *aliquandiu* & aliquando eminenter diu *conservari*, augmentari & contra fontica pericula defenditari soleat; *aque infallibilis* & ejusdem dignitatis atque valoris, aut *æquipollens* veritas est, quod hæc *spontaneæ & intraneæ* operationes in *genuino* sensu *medicæ* dicendæ sint, adeoque a *Medico interno* inchoari, informari, continuari & omnimode administrari debeant: Si porro *verissimum* est, quod *contemplatio regularis*, ordinarii & *naturalis* status atque processus *Vitæ & Sanitatis*, in medicina scitu dignissima sit, qua legitima ac *genuina* hujus status *causa* indagatur; qua porro propria & sincera *media*, quibuscum tam *infirmum* corpus protegi & *conservari* debet, significantur; qua *functiones & effectus*, quibus hæc conservatio impetratur, quoad speciem, gradus & reliquas qualitates indicantur; qua *instrumenta* horumque *organico-mechanica* vera, minus vero supposita, efficta & imaginaria constitutio, aptitudo & receptivitas annotantur; qua *motuum proportio* ad partes *fluidas* atque *solidas* demonstratur, *aliorumque* respectuum *influxus* & *nexus* genuinus proponitur, ex necessitate naturalis consequentiæ scitu æque *dignissima* erit *contemplatio Medici in nobis*, qui singularum harum

harum veritatum *originem*, usum, utilitatem & applicatio-
nem complectitur atque manifestat; unde *hujus* annota-
tionis dignitatem, *omnibus reliquis*, ad metam medicam
collimantibus, considerationibus *preferendam* esse judica-
mus & declaramus, sine qua alia, qualiscunque fuerit, ap-
plicatio *experimentalis* medica ne casta quidem nuce digna,
sed vana, jejuna, frivola, cæca, audax, atque crasse empiri-
ca æstimanda erit: dum vicissim illa, videlicet medicina
naturalis, a Medico *in nobis* exerceri solita a Deo *inventa*,
instituta, confirmata & *post lapsum conservata* est (vid. B.
STAHLII *disput. de Deo. veræ medicinæ auctore*) adeo, ut
vera sit elocutio NICOL. REISNERI *in præf. Epist. Langii*:
quemadmodum omnes bonæ artes, ceu fontes præclarorum o-
perum, a Deo ortum suum trahunt: ita medicina vera est
Dei quoddam munus & inventum, vel natura, vel divina
quædam sorte hominibus concessum: neque enim ea ars, inge-
nio excogitata hu- mo, sed ipsius Dei munere ac beneficio
singulari monstrata est mortalibus, quæ in corpore potissimum
humano tuendo versatur: in cujus profecto fabricatione o-
mnia sunt plena & artis & consilii: hinc & veteres illi Sapi-
entes Medicinam a Deo, quamvis veri Dei ignari, profectum
esse asserunt: & si Deus Medicum & medelam creavit, tunc
non modo internum medicum & intraneam medicinam,
sed & externum Medicum & artificialem medicinam crea-
verit, ut non originem Medicinæ ex fortuitis casibus, & ex-
perimentis ducere debeamus, sed eandem in nobis, a Deo
innatam deprehendamus, ea propter majori æstimatione:
hic medicus in nobis dignus erit: addimus TIRAQUELLI
testimonia Opp. Tom. I. cap. 31. n. 33. qui de Quintiliano de-
clamat. 268. refert: ille subdit: medicina per se sacra res est:

Et præterea addit Lucianus in Medico abdicato *Medicina Deorum est doctrina*: inde facile constat, *Medicinam naturalem* intrinsecam, liberam, spontaneam, *præcellentiore* esse, *externa*; in quantum alias *natura* dignitate sua superat artem: quarum illa *primas* vias, primum ordinem atque statum monstrat, hæc vero inde edocta suis consiliis & auxiliis convenientibus subvenit & medelam conciliat.

§. III.

Medicus itaque adeo dignus, insuperque *divino* privilegio auctoratus atque instructus, qui *in nobis* est, officium suum *spontaneum*, adeoque simpliciori & *strictiori* sensu *naturale*, generatim in *œconomia vitæ*, seorsim in processu *sanitatis* eximiis comprobatur operationibus: hæc *therapia sani* corporis *principaliori* æstimatione norma, forma, *regula*, index & *principium* therapie *artificialis* existit; Quod *internam* medelam, *vita* & *sanitatis* statum & ordinem concernentem, attinet, tunc illa *sæpius* specialissimis annotationibus indicata & demonstrata fuit, quo præcipue commendamus B. STAHLII *differt. de therapia sani corporis*: ex hac vero consideratione, id iterata, sed repetitione *digna* animadversione testamur, quod *medicina ante medicinam* instituta & inaugurata fuerit: i. e. quod benignissimus Creator hanc facultatem *conservatricem relativo* respectu, hominibus mox in *primo vita naturalis* ortu atque informatione largitus fuerit & quidem *ante lapsum*, ubi *machina* corporis ratione *parvium eadem*, ratione *qualitatum* vero *perfectissima* fuit, ac *post lapsum*, extitit, (quod *medicina ante lapsum* & peccatum vigerit, vid. Job. MARTINUS *de medic. antiqu. c. 13.* VALESIIUS *de Sacr. Philos. c. 3.* CARRARIUS *de Med. & ejus offic. P. 2. n. 27.* MERCURIAL.

Error. popul. Lib. I. c. II. P. ZACCHIAS Qv. med leg. Lib. 6. tit. 3. Qv. 4. n. 2. 3. 4. ubi plura testimonia divini ortus medicinae alegantur) adeoque in illo statu exquisitissimam temperiem & integritatem idem processus vitæ naturalis conservavit & ne ulla causa ac qualitas adversa & noxia oriatur, evitavit; post lapsum vero iidem motus atque processus cum corpore valde infirmo ac in omnibus qualitativis depravato commercium iniverunt, insuperque causas morbificas, jam orientes & nocentes, avertunt, invertunt & exturbant: eo nimirum genuinus vitæ naturalis processus destitutus & directus est, ut quicquid mali corpori imminet & accidit, id tempeffive arceatur & separetur priusquam corpori lethiferam alterationem intulit: & quis mox post lapsum instabili fanitati consilio, auxilio & solatio fuisset, nisi internus hic medicus officio suo functus fuisset! adeoque origo Medicinæ rectius realiter & practice, non consemplativa, in Adamo ponenda & quaerenda, licet varii referant ut TIRAQUELLUS de Nobilitate Tom. I. cap. 31. n. 2. BESOLDIUS, MARSILIUS FICINUS Lib. 4. Epist. ORIGENES ADAMANTIUS, Casp. BRAVO de dogmat. medic. præf. Sect. I. resol. 5. §. 2. p. 15. & resol. 8. §. 4. p. 21. aliique, quod Adamus omnium scientiarum artiumque gnarus extiterit: quid quod REJESIUS Camp. Elyf. juc. quæst. II. n. 18. adstruat, medicinam ante Adami creationem fundatam fuisse, dum ait: antequam lex de arbore verita a Domino conderetur, creata jam erat medicina & abundantissima materia medica prestabat: erant enim ante adami creationem fabricatae plantæ & ingentibus doribus atque virtutibus a primo rerum Conditoro locupletata - - - nihil enim tunc deficiebat, nisi necessitas & medendi usus: ast hæc assertio nimis

mis lata est, siquidem non promiscuæ virtutes in hisce medicamentosis subjectis veram Medicinæ indolem constituunt, sed salutiferæ operationes, videlicet perniciosarum causarum remotiones, utilium applicationes & legitima corporis tutela aut conservatio: eaque propter verum & actuale systema medicinæ non in mentali cognitione Adami, sed in naturali æconomia, ordine, processu & modamine corporis motuum, physicam integritatem & salubritatem producentium, extitit: quare CAMERARIUS in Sylloge memorab. Cent. I. part. 43. cum Heurnio judicat & indicat: Medicus intima naturæ secreta & penetrabilia naturæ rimatur, jucundosque ejus recessus investigat - - naturam dico rimatur ille: nihil enim medicus solus potest, natura est illa, imo DEUS qui agit & Medicus minister Magni bujus Domini & juxta SCHERBIUM Medicina est cogitatio & apparatus, qui cooperatur cum natura ad finem videlicet salutarem: ob id igitur, Medicus in nobis tanto fulgore, honore & divino ortu coruscat, ut cum PROSP. ALPINO in medicina ægyptiorum Lib. II. cap. 5. p. 102. eloquamur: nemo est, qui neget, medicum esse naturæ imitorem, atque ipsam ob id medendo semper, quantum fieri potest, sequi, atque imitari debere - - siquidem cum observassent medici naturam sapissime, nullo medico auxilio, multos homines febre vexatos, excernendo humorem, a quo febris illa orta fuerat, per alvum, vel vomitu, vel per urinam vel per sudorem, vel sanguinis eruptionem ex naribus, aut ab hæmorrhoidibus, aut ab utero, aut ex alvo factum, sanavisse: ideo & ipsi a naturæ expulsionibus exinde perdocti arte usi sunt ad educendos humores, a quibus orta fuerunt febres, conf. idem ib. Lib. III. c. 17. p. 238. 239.

§. IV..

§. IV.

Secundum hanc scrutationem *ortus* Medicinæ in homine, haud difficile erit demonstrare, quod Medicus ille *internus* non modo *ejusmodi* morbis medelam largiatur, qui alias *proprie* ad Medicinam clinicam spectant, & quibus *Medicus pro nobis*, aut *Medicina artificialis* congruis *medicamentis* & conveniente *diætæ* ordinatione, subvenire & auxiliatrix officia præstare solet, sed & variis *aliis* corporis *læsionibus* & *offensionibus*, quæ ad fontem *Chirurgicum* referri solent, opem ferat & conciliet: & quamvis juxta HIPPOCRATIS distinctionem *medici* & *chirurgi* *Lib. de flatibus* & *de decenti ornatu*, officia quadantenus separentur, sicut GALENUS *Lib. 6. meth. cap. 6. & Lib. 6. de morb. vulg. sect. 5.* ut & Celsus *Lib. 7. c. 1.* perinde medicos & chirurgos dividunt, quemadmodum aliqui in dubium vocarunt, an medico *utramque* artem exercere liceat, vid. LEMOSIUS *Lib. 6. method. cap. 6. in fin.* REJES. *Camp. Elyf. juc. qv. 87. n. 18.* sicut vicissim *utramque* artem haud separandam esse testati sunt Casp. BRAVO *dogmat. medic. præst. Sect. I. resol. 15. §. 3. p. 48.* BERENGARIUS *de fractura cranij. c. 13.* BOHNIUS *de offic. med. dupl. Part. I. c. 22.* tamen ex hujus *Medici interni*, cujus *Minister Medicus externus*, aut *pro nobis* esse debet, capacitate atque officio facile assequi licet, an Medicus *artificialis chirurgiæ* gnarus, insuperque administrator illius aut director esse debeat *queatque*: enim vero hæc *causa*, a DEO corpori nostro *proposita*, ut hujus salubritati & conservationi operam det, non modo *ejusmodi* viribus instructa est, ut *subtilioribus* & quasi clandestinis causis nocentibus resistat, adeoque *Archiattrum* agat, sed & ut officia *Archichirurgi* aut *interni Chirur.*

Chirurgi exequatur, qui variis *crassis* violationibus solidarum & magis manifestis corruptionibus *fluidarum* partium effectu mundificante, abscedente, abstergente, consolidante, reparante, escharotico, epulotico, confirmante, roborante, &c. medelam affert; siquidem in observationibus chirurgicis varii mirabiles casus occurrunt, v. g. *sphaceli sponte* separati & curati *vid.* BARTHOLINUS *Cent.* 1. *bist.* 69. CATTIERIUS *obs.* 14. *A.N.C. dec. 1. an. 4. obs.* 178. *Cent.* 6. *obs.* 82. *A.E.L. An.* 1715. *Julio* p. 309. *de ulcere sponte nato fluente salutari, represso vero noxio.* *A.N.C. dec. 1. an. 10. obs.* 188. *de ulceribus pedum per spontaneam gonorrhœam curatis.* *A.N.C. dec. 3. an. 9. obs.* 227. huc pertinet titulus de *fonticulis naturalibus, aut spontaneis,* *A.N.C. dec. 1. an. 2. obs.* 227. 257. *an. 3. obs.* 28. 18. *Dec. 3. an. 1. app.* p. 133. *An. 5. 6. app.* p. 98. GLANDORP. in *Gazophyl. c. 7. p. 42. de spontanea cura tumoris uterini.* ZACUT. LUSITANUS *Prax. admir. Lib. 2. obs.* 90. quæ observatio de *Medico Chirurgo in nobis,* sive spontanea sanatione chirurgica, sive Autocratia Naturæ in casibus *chirurgicis,* peculiarem promereretur explicationem & commendationem, quamvis sparsim ejusdem mentio in Scriptis B. STAHLII & D. PRÆSIDIS obtingat, *vid. disp.* STAHLII de *Autocratia Naturæ,* & PRÆSIDIS de *Natura Medicarvice.* Ex quibus hætenus annotatis inferimus, quod in *conservatione & restitutione* sanitatis plurimum huic *Medico in nobis* tribuendum sit, sine quo *ars medica* nihil quicquam cum *spe* ac *promissione sanitatis* efficere potest; & licet huic *arti multum* vicissim debeamus, *hujus* tamen virtus *sine illius* concursu, imperio ac moderamine *vana* atque sterilis esset, tam in *Medicina pharmaceutica,* quam *chirurgica,* adeo ut sanæ rationis defectum atque errorem

C

pro-

proderet, si hanc millies *probatam* veritatem dubiam, aut fallacem declarare velimus; quæ contradictio non nisi sciorum & affectatum *altius* sapiendi pruritus cordatis designaret mentibus: in quo observationum studio *antiquorum* laudanda est *sinceritas*, dum sine præconceptis opinionibus certitudinem, aut *veritatem facti* simpliciori magisque ingenua attentione annotarunt & indicarunt, in quibus *bodierni* seculi *altrifona* curiositas ingeniosis, imaginariis & male cohærentibus, aut perperam applicatis causis integritatem fidei historicæ plus violavit, contaminavit & confudit: quare *Historia medica*, aut observatio factorum *plurimum* ab *antiquis* medicis, diversæ licet nationis, fundata, exstructa & commendata, a posteris vero & simul antiquæ fidei æstimatoribus ulterius stabilita, amplificata ad diversas provincias applicata & adaucta fuit, ut eo ipso *fides Medicorum historica* tanto magis firma rataque existat.

§. V.

Idem Medicus *in nobis*, tantis laudibus hætenus celebratus, officio suo *in conservando, præservando & sanando* corpore satis superque se commendat; nec tantum in *communis* tramite corpus, cui præsidet, conservat, dum *ordinariis* suis operationibus fungitur, quas aliquoties indicavimus, sed et tam *singulari* applicatione varias *fonticas* mutationes, in vita humana & rerum vicissitudine obvias, curationi modificatione & directione ita disponit, ne corpori noxam aliquam afferant; ita enim plurimi homines *non ad regulam* atque præscriptum consilium vivunt, nec *diæreticis* obtemperant legibus, quin indies & multoties contra illas peccent, *qualitates, quantitates* atque *ordines* violando, *vires nunc plus nunc minus* adigendo, *organa in-*
ensus

rensius aut remissius applicando, *morus solidorum & fluidorum uno termino temporis intendendo*, altero *remittendo*, aut plane *minuendo*; nunc *vasa*, *cavitates*, *ductus & canales uberius adimplendo*, alibi *evacuando & exhauriendo*, *humores jam augendo*, vicissim *deplendo*, *corpus reliquum modo amplificando*, modo in comparate *graciliorem* statum convertendo, in uno *subjecto fluidiores humores & flexiliores motrices fibras*, in alio *crassiores succos*, & *densiores ac sicciores partes possidendo*, & si quæ forte adhuc *aliæ specialissimæ causæ*, *qualitates & circumstantiæ* obtigerint, quibus *singulis ille internus medicus directorio atque presidio officii sui ita prospicere & satisfacere debet*, imo etiam solet, ut sub *iisdem respectibus*, valde *variantibus*, *vita & sanitas per longum temporis tractum salva atque integra* servetur, indeque *admiratione digna* sit illa *observatio*, quam B. STAHLIUS *disp. de infrequentia morborum personali primus* quippe atque *judiciosus observator*, commendavit, cur *homines*, (uti quidem *possent*, & si *secundum alias* *imaginationes atque opiniones* *motuum & mutationum series* *procederet*, etiam ex aliqua *manifesta atque indubia*, imo *coacta necessitate, absolute* deberent,) non *frequentius modo morbis collaberentur*, sed & *rapienti fato* *laberentur*: & quis adeo *levis atque creduli animi fuerit*, in *scrutanda hujus observationis causa* *frivole ad corporis fabricam & subito ad leges æternas* *provocare velle!* quæ *refugia* non nisi *manifestam petitionem principii* olent: si quidem *nondum ex relatione motuum ad constitutionem corporis evictum est*, quod sub *commemorata varietate & discrepantia prædictarum circumstantiarum & qualitatum*, *nihilominus indies & multoties alterati motuum gradus at-*

que processus teneantur in pristinum *ordinem* redire, quem admodum cum effectu, qui probandus est, quod a *supposita* causa proveniat, hæc assertio demonstrari & confirmari haud potest; quo *plus artificij* enim alicui *machina* inest, eo *magis* hæc *alterationi* obnoxia existit, eo *minus* illa *sponse* & ex *necessitate* suæ *fabricæ* restitui potest, sed eo *magis* eadem aliquo *rationali* correctore, direttore & *moderatore* indiget: anilem etenim sapit intellectum instantia, quod *molendina*, tam quæ ab aqua, quam quæ a vento moventur, pro *ratione intensioris* vel *remissioris* venti & aquæ *rarius* vel *copiosius* affluentis citius aut *vehementius* aut *mirius* aut *levius* agitentur, ita tamen ut nullum ipsis accedat *incommodum*, sed ipsa, in *curso fixo* *RITE* progrediantur: quam falsa & insulsa hæc sit exceptio, qua obloquens omnia pudoris frena rumpit & audacter nugatur, mox in *omnes* ferme sensus incidit: quid ni enim ejusmodi molares machinæ directorio *rationali*, intellectuali, optimeque talium *mechanicarum* structurarum & qualitatum gnaro pro varietate motus aëris & aquæ indigeant? & quam falsum & fictum assertum, imo commentum sit, quod ejusmodi machinis sub *promiscuo* usu, *nullum* accidat *incommodum* & quod in *curso suo* *rite* progrediantur: ejusmodi asserta aut defectum rationis, ne dicam *judicii*, aut *impudentem* *contradicens* pruritum testantur, quæ propterea pleniorum deductionem ab absurdo minus merentur: Suffecerit quod in modo annotatis qualitatis talia hæreant momenta quæ *sobria* demonstratione nunquam ex alieno choro & foro tantum probabiliter explicari possint, ni cognitio hujus Medici in nobis vera & sincera alicui præsto ait: *conf. PRÆSIDIS Programma de Natura quippe idolo & asylo ignoran-*

ignorantia medico; ubi multa argumenta, problemata & phænomena allegantur, quæ alieno vitulo exarari haud possunt.

§. VI.

Proinde Medicus in nobis officinam suam, cui præfidet, tam *communi*, quam *speciali* modo a *morbosis* alterationibus, *proximus* imminentibus, *tempestive præservat*, dum vel *occasiones* nocendi interna modificatione motuum strenue avertit, vel *actu* communicatas *noxias* causas mature intercipit, invertit & removet: quod *occasiones* attinet, quæ ad corporis detrimentum contribuunt, tunc easdem *eminentioribus* effectibus ille *internus* Medicus ut plurimum *insensibiliter* declinat: quemadmodum in *simplicissima* æstimatione relationis & operationis causarum & qualitatum physicarum ad corpus humanum *vivum*, facile patet & demonstrari potest, quod si motuum leges, rationes & processus secundum nudam necessitatem & receptivitatem physicam œconomiam *vita humanæ* dirigere deberent, *nec ullus* hominum vivus in lucem edi & produci posset; siquidem in eo præcipue *divinum* directorium atque robur inclarescit, quod dum homo juxta vulgare dicitur inter stercus & urinam generatur, i. e. sub maxime *inimicis* qualitatibus & alterationibus *animi & corporis*, *internæ* motuum œconomia & *externarum* causarum concursu struatur, nihilominus ipse in *prima fabrica* non modo contra omnes hæc insidias persistat, sed & sæpissime plenus, *sanus* & vegetus partu naturali in hoc mundanum systema emittatur: Præterea *exquisite* medicus hic *internus* domicilium suum a quotidianis *morbosis* comminationibus in hominibus aut *indiscreta*, aut *plena*, aut *guloſa*

& voraci diæta utentibus, præservat, qui non modo e vi-
 etu & potu *spisso*, sed & testibus *Job. Guil. TRUCHSES de*
Luxu conviviorum, Job. Frid. MATTHENESIO Synagm.
Critic. de ritu bibendi & calice soporis, WELSCHIO Cent. 1.
conf. 52. ex victu *licentioso cruditates* multas colligunt, sub-
 inde etiam variis præjudicioſis lapidis aut *salsedinibus* cor-
 pus opplent, de quibus *HIPPOCR. de veter. medic. §. 24.*
text. 29. seq. dicit, *quod si mixta & inter se remperata nec*
conspicua fuerint, hominem non lædant; si vero quid horum
secretum & ipsum in se ipso fuerit, tunc conspicuum sit &
hominem lædat; & GORDONIUS de conſervatione vitæ hu-
manæ, indicat, quod hæc *ſalia* tot ſpecie tantaque copia in-
 geſta, *nunquam oriſoſa*, ut plurimum etiam *perniciſoſa* exi-
 ſtant: ab ejuſmodi oneroſis & *noctivis* materiis indies *ſtre-*
nuæ iterata & varia excretionē homines liberantur, inde-
 que a *morbificis* alterationibus, *intricataſ* & difficulter re-
 cludendas primas regiones facilius offendentibus, ab eo-
 dem Medico *interno* præſervantur: eapropter ejuſmodi
 homines in tam *promiſcuæ*, conſuſa & turbulenta diæta
 viventes ad ſanam ſuam naturam provocant, qua præci-
 pue *alvum liberaliorem* & laxiorem, *urinam* largiorem &
 ſudationem faciliorem experiuntur, adeoque eloquuntur:
 Sie hätten eine geſunde Natur, die es vertragen könne, ein
 anderer müſte es wohl bleiben laſſen, und dürfte es nicht
 nachthun: quis autem hanc *præſervantem* facultatem *ſtru-*
cturæ corporis ſub ſpecie majoris verofiſimilitudinis ad-
 ſcribere poteſt? dum fibrarum *matricium robur* hoc ne-
 gotium non abſolvit, ſub quo hæc impuritates ita *accumu-*
lata æque facile ulterius coacervari poſſent, quam ut
 adeo *prompte & largiter* evacuentur: unde rectius inti-
 mior,

mior, subtilior & nobilior causa huic officio congrua & salutifera *motuum & organorum* modificatione præfidet, quæ propterea a medico artificiali æstimanda, providenda tractanda, prerite imitanda & nunquam turbanda est: Et quæ non *præservatoria* alacritas ab eodem medico *interno* probatur in hominibus, qui in locis *impuris*, sordidis, *paludosis*, intemperatis, graveolentibus & *insalubribus* vitam agunt, ut sunt metalliflores, fufores, stabularii, homines agrestes in stagnis, fossis, fontibus operosi & similes, qui nisi plane extremo & *excessivo* abusu rerum non naturalium peccaverint, fatis diu vitam & sanitatem protrahunt, ut mirari subeat, qui sub ejusmodi *manifeste perniciosis* causis tam diu perdurare potuerint! idem cum illis accidit hominibus, qui cum aëre & cælo *puriori*, sedatori, temperatori &c. *intemperatum*, fuliginosum, fumosum, atque inclementem locum mutant, indeque per *initia* quidem varias *morbosas* invasiones, *scabiosas*, *serpiginosas* similesque defædationes cutis, ut & *febres*, *strangurias*, *colicas*, *diarrhæas* &c. experiuntur, donec ejusmodi *intemperatiori* aëri *adsuecant*, & ingestas impuritates proxime *solertius* ordinariis evacuationibus educant: Parile specimen *singularis* præservationis, a Medico in nobis administrari solitæ, nec a causa *corporea* *principaliter* dependentis, obtingit *sub epidemicis & grassantibus malignis & contagiosis morbis*, ubi miasma non modo illis insinuat, qui dein hoc morbo *corripiuntur* & laborant, sed & *reliquis* qui ab eodem *immunes* manent, in quibus *posterioribus* hoc exceptum virus crebrius, solertius & *vegetius* ita *rempeste* expellitur, antequam *ullam* noxam corpori intulit: id quod etiam de illis valet, qui grassante peste

ste hunc morbum perpeffi sunt atque evaserunt, dein vero, quam diu adhuc illo tempore *idem* morbus durat, quamvis absque omni dubio denuo eadem pestilentiali aura fruantur, *baud* irerata vice eodem aff. etu corripiuntur; huc pertinent observationes de *pestilentiali contagio per anum in homine latitante* apud SALMUTHUM *Cent. I. obs. 64. de peste in lactantes infantes non propagata* ap. GARMANNUM *de mirac. morb. Lib. 2. tit. 2. ff. 38. de peste ob amasia in amatorem cohabitantem non derivata* *ib. ff. 37. de peste in anatomicos non translata. ib. ff. 39. 45.* eapropter REJES. *Camp. Elys. juc. qv. 66.* dicit quod *pestis præcipue parcat animis intrepidis, ut vespillonibus: quare RIEDLINUS Lin. Med. An. 4. Martio obs. 19. p. 223.* eloquitur: *felices illi infantes, quorum Steph. Blancardus meminit, qui, licet lacte peste infectorum matrum aliquando nutriti fuerint, nec minimam tamen labem inde contraxerunt, vel hac de causa, ut describerentur, meruere. conf. Stalp. van der WIEL obs. rar. cent. I. obs. 99.*

§. VII.

Nec tantum hic Medicus *internus* hominibus *connatus*, sub *ordinario* motuum vitalium successu *morbosos* insultus *metuendos* avertit & *præservat*, sed insuper *extraordinariis* motuum *directionibus* *proximius* ingruentes *morbos tempestive* intercipit, aut in *primis* suis initiis extinguit & *supprimit: priorem* statum quod concernit, tunc nonnulli homines adeo *vivida* qualitate præditi sunt, ut *quampriimum* aut in *ventriculo*, aut in *intestinatorum* tractu *apparatum impuratum* collegerunt, *spontaneos* vel *vomitibus*, vel *alvi fluxus* cum *euphoria* & *firmæ sanitatis* consecutione experiantur, inde *innouere* observationes *vomitibus salutaris*



ris aut vitæ admodum infervientis, vid. RHODIUS *Cent. 2. obs. 64. A. N. C. dec. 3. an. 6. obs. 219.* SCHENCK. *obs. Lib. 3. aut Diarrhæa salubris*, utriusque evacuationis in hominibus mediocriter sanis evenientis: ita obtigit D. D. PRÆSIDII casus aulici cujusdam & in certamine poculorum, quippe exercitati *gulosi* promachi, qui sponte evomitiones *menstruas* per aliquot annos cum multa *euphoria* subiit, quibus cumulum collectarum cruditarum viscidarum, acidarum & biliosarum, tanquam monstruosum aulicum fœtum in lucem peperit: quo vomitu tandem *male* tractato, heros ille in quartanam & tandem hecticam delapsus est febrem, sub qua ipse succubuit, adeoque bibendi & vomendi finem fecit: *feliciori* sæpe decursu res succedit cum *sempervata* alvina excretionem, quando *adversa* ingesta & collecta efficacius per secessum excernuntur: Quibusdam subjectis familiare est, ut *spontanea, particulari* largiori sudatione eximio atque manifesto *emolumento* corpus a multis *morbosis* insultibus medicus idem *internus* præservet, quod impr. de sudatione *manuum, capitis, pedum* &c. valet: quales sudores propterea ludicre *supprimendi* non sunt: vid. STAHLIUS *disp. de Metaschematismo Morborum* §. 79. PANAROLUS *Pentecost. 3. obs. 16.* RIEDLINUS *Lin. Med. An. 6. Decbr. obs. 22. p. 144.* LENTILIUS *Ercodromo Medico Practico p. 467. 468. & Miscell. Medic. Pract. Tom. I.* Ejusdem indolis, usus atque valoris est sudor ille *eximii* characteris, qui aut *annuus*, aut *breviori* tempore *periodicus* est, quem nonnulli adhuc *sani* homines cum metu quidem, aut antea non *sufficienter* de illo edocti, tolerant, adeoque *malo* regimine perperam eidem consulunt; siquidem aliquando medici suo *incongruo* artificiali officio *perverse* plane huic sudori, quippe pro existimatione *noxio*,

D

strenue

strenue se opponunt, indeque *luctuosas* consecutiones & *corrupta* morborum schemata causantur; id quod plenius D. PRÆSES in *dissert. de sudore annuo*, nec non in *Prolegomenis Therapiae generalis & Praxeos medicæ* commendavit: Alterum momentum attinet præsertim a morbis, *proxime instantibus* & nunc plenariam invasionem præparantibus: quando *juniores* quidam *plethorici* homines post *intensorem* commotionem & *exæstuationem* sanguinis, si-ve impetuosis *affectibus animi*, s. immoderata *exercitatione* corporis, s. *liberalius* ingestis *spirituosis*, &c. provocatam, in *ostio ephemeræ* plurium dierum, aut *Synochæ simplicis*, aut putridæ, aut alterius *continuae* subsistant, aut ante harum invasionem aut largiori *sudore*, aut pleniori *narium hæmorrhagia spontanea* solvuntur & ita *opportuno* tempore ab ejusmodi febrili insultu præservantur; idem contingit, quando ejusmodi *Hæmorrhagia morbos*, ex aliis *spontaneis hæmorrhagiis suppressis* orientes & ingruentes *tempestive* succedens, avertit; *vid. de Hæmorrh. nar. ex Hæmorrhoidibus suppressis* SCHENCK. lib. 3. AVICENNA Lib. 3. fen. 17. cap. 3. FROMMANNUS de *Hæmorrhoid. Problem. X. p. 51. de Hæmorrh. nar. ex Lochiis suppressis* SALMUTH Cent. 1. obs. 89. de *hæmorrh. nar. in femina 59. annorum ex neglecta V. Sne A. N. C. Dec. 1. an. 10. obs. 90. de Hæmorrh. nar. menstrua critica* *ibid. Dec. I. an. 4. obs. 45.* & quid dicamus de *Mensibus e naribus insolito modo fluentibus*; Aliis evenit, ut post prægressum gravio-rem affectum *iracundiæ*, aut *terroris*, mox spontaneos vomitus & *alvi fluxus biliosos* strenuos experiantur, quibus *largam biliosæ saburræ* copiam eji- ciunt & posthac salvi ac immunes persistunt; qui contra certius in *gravissimum biliosum* incidissent *morbum*, si *eadem saburra diutius detenta*, nec evacuata fuisset: præ-
terea

terea aliquibus subjectis familiare est, ut quando ex diversis, indiciis, velut lassitudine & torpore membrorum, virium defectu, appetitus prostratione, pallore faciei, oculorum perturbatione, *vacillantem* sanitatem colligunt sentiuntque, mox *spontaneo*, eoque largo, solvuntur *sudore*, qui interdum per temporis intervallum aliquot diebus repetit & pristinae sanitatis *integritatem pedissequam* habet; adeo, ut ejusmodi subjecta probe hanc sudationem *medicam* & auxiliatricem esse agnoscant: & quid judicandum erit de *V. S. nibus naturalibus s. spontaneis*, earumque *salubritate*? quales recensentur in *A. N. C. Dec. 1. an. 3. obs. 54.* ab HOCHSTETTERO *Decad. 2. cas. 7.* a BAUSCHIO *in proemio descript. Lapid. hamat.* a SCHRÖCKIO *in schol. ad obs. 153. Hellwigii pag. 408.* Bresl. Gesch. 13. Versuch. pag. 322. BARTHOLINO *Cent. V. hist. 19. Martb.* CORNACE *Lib. I. cons. med. cap. 3.* aliisque.

§. VIII.

Quod porro *Medici in nobis officium Curatorium* attinet, tunc quotidiana observatio luculenter testatur, quam *varii morbi sponte* curentur & quidem *plano* atque *simplici* modo atque decursu, velut febres *malignæ & benignæ, inflammationes, spasmi, convulsiones*, congestiones, humorum depravationes, obstructions partium, sanguinis, feri & bilis accumulationes, nimiae bilis effusiones in intestinorum canalem & ventriculi cavum, *secessiones inimicorum* humorum ad varias nobiles & *sensibiles* partes, subjectorum nonnullorum *alienorum solidorum* a partibus remotiones, velut *calculorum, festucarum, spinarum* &c. aliorumque, qualium morbosarum specierum varii casus in diversis subjectis *non raro sponte* sanati deprehenduntur; unde ejusmodi homines de salubri aut salutifera natura

D 2

glori-

gloriantur; quin imo alia auxilia *artificiosa* aut spernunt, aut *supervacaneum* illorum ordinem declarant, aut *male* inde afficiuntur, ut illa *remove* teneantur, adeoque libero atque *spontaneo* directorio se relinquere debeant, unde & *citius & melius* curantur: & hi sunt homines, qui singulari præpollentia *sanitatis* privilegio gaudent: in aliquibus subjectis & individuis ille *internus* Medicus, licet non *sola* sua *medicatrice* virtute, morbum subjugare & *extinguere* queat, vel ob *virium mediocritatem*, vel ob hostis morbifici potestatem, gravitatem & pravitatem *aliasque* causas *morales* æque ac *physicas*, tamen *levi auxilio* adjutus, monitus, excitatus, sublevatus & roboratus, *facilius* laborem hunc conficit & ad *salutarem* finem perducit, ut in ejusmodi processu æque observare liceat, quod in *naturali* ordine subimpetratæ sanitatis scrutinio *plus* huic causæ, quam arti tribuendum sit; quemadmodum alibi & quidem *in tr. de Medicamentorum modo operandi in corpore vivo a D. Præsidi* demonstratum fuit, quod *plurimorum* remediorum *salubris* effectus, sub hujus *intranei* Medici modificatione atque congrua applicatione consistat: eapropter ille Medicus *in nobis* nunc *sine artificiosis* mediis & adminiculis, alibi *cum iisdem* sanitatem restituit: Deinde etiam hæc Medicina *naturalis*, aut spontanea *extraordinaria* plane activitate, vigore & applicatione arduos, valdeque *periculosos* interdum superat morbos & ad admirationem *peculiaris* sanationes exequitur; in quo quidem statu gratioso *divino* robore ille Medicus *internus* sublevatur, confortatur & adjuvatur, ita ut attenti & religiosi medici in ejusmodi casibus *mirabili* modo, præter omnium spem & expectationem, sanatis, illud *divinum* agnoscere & venerari soleant: inde inclaruere curationes *miraculosa*, in quibus illi, qui alioquin huic Medico

in

in nobis *minus bene* cupiunt aut favent, sed torvo animi affectu livorem suum atque invidiam testantur exhibentque, ad hanc bonitatem, benignitatem, robur & *salutiferam* ejusdem facultatem confugiunt, quando aliæ causæ deficiunt, adeoque ad Sacram hanc convolant anchoram; conspiciuntur nonnunquam tales ægri, qui *gravissime* decumbunt, insuperque extrema animi *repugnatione* remediorum ordinationem & ingestionem averfantur, aut cum omnibus medicamentis eximiam *antipathiam* servant, eaque propter sub ejusmodi intricato & deplorando statu *prognostico* relinquuntur, qui tandem post aliquam temporis moram præter omnium expectationem *mortis* periculum effugiunt & successively convalescunt; quamvis in tali subjecto æque ejusmodi vestigia & reliquiæ *alicujus* imbecillitatis remaneant, qualia post curam *artificialem* similiter consequi solent: non minus *ferme* mirabili modo quidam sponte curantur, quibus *ab initio* morbi, aut *perniciosa* & periculosa *domestica* remedia, aut plane *adversa* & noxia artificiosa *pharmaceutica* media oblata fuerunt; dum itaque adeo extreme subitoque morbus ille perturbatus & exacerbatus est, ipse æger sub tali luctuoso & calamitoso statu *artificialia* alia auxilia valde & tenaciter respuit, proinde ita taciturnus decumbit, ac *morbi* & *vitzæ* decursum & eventum expectat; interea autem & aliquandiu nec ægrotationis suæ meliorationem, nec ulteriorem depravationem experitur, donec tandem præter omnem opinionem signa *spei*, emendationis, & sanitatis impetrandæ appareant: unde alii de talibus inopinato restitutis edicunt, man hätte vor ihr Leben und Genesung keinen Pfennig gegeben, man hätte Sie vor Sterbende oder einen toden Mann gehalten. Sie müsten eine Pferd-Natur haben: aliquibus accidit, ut in *gravissimis* morbis comprehensi, aut *moroso* animo nihil medicaminis *voluntarie* assumant, aut ob *gravita-*

sem morbi amplius nihil assumere possunt, vel medicationis artificialis pertasi, nihil porro usurpare volunt, quare obitum expectantes, aliquando in soporosum statum delabuntur, & sub eodem per aliquot dies subsistunt, interea successive strenue sudant, aut larga diuresi solvuntur, aut postea fluidam alvum experiuntur, indeque pedetentim convalescere inchoant & continuant: vid. ARETÆUS Lib. 2. de signis & causis diurnorum morborum cap. ult. quem casum explicat ZACUT. LUSITANUS in Medic. Princ. Histor. Lib. VI. Hist. 2. p. 912. de Elephantiasi musto viperino largissime sumpto, quidam post gravem somnum mirabiliter convalescit: quo loco questione 2. idem author somni laudes utque utilitates pro vitæ & sanitatis tutela inservientes, sub titulo utrum vitæ humanæ conservatio amplius collocanda sit in vigilia, quam somno extollit: propterea ROLFING medic. consil. Lib. 2. consil. 4. p. 82. & 141. somnum in phrenesi remedium optimum vocat: Ejusmodi morbos mirabili & singulari modo ab eodem Medico interno curatos non tam in palatiis & aedibus divitum, quin magis inter opificiariorum homines aliosque vitæ agrestis, laboriosæ & duræ deditos inquirere & invenire, aut observare licet: qua annotatione digito tantum quasi indicare placuit, quam stupenda & fontica officia & opera ab illo Medico in nobis administrantur, quæ propterea curatori industria & attentione advertenda, colligenda & cum medicina artificiali perite connectenda sint.

§. IX.

Quam operosus, quamque virtuosus hic Medicus in nobis in morbis communibus & distincte arduis existat, hæcenus ex observatione & veritate facti indicatum fuit: unde paucis adhuc significamus, quod idem Medicus intrarius æqualia officia in casibus chirurgicis largiatur, adeo ut sine eodem nulla operatio salutarem assequi queat effectum atque finem: paucis hæc

hanc veritatem PRÆSES in ultimis *sf. disp. de Natura Morborum Medicarvice* tetigit, & contra ineptas, futiles & impudentes contradictiones & dubitationes brevissimis defendit; siquidem non nisi ridiculo fingendi, supponendi & imaginandi pruritu, fumum, ventum & fungum vendendo, pro sobria quadam demonstratione *alia*, *qualescunque* fuerint causæ pro salute in casibus chirurgicis concilianda provocarentur, & declamarentur: haud enim sufficit tantum nares, aures, artus &c. amputare, incisiones apte exercere, trepanare, elevare, festucas, tela, globulos &c. extrahere, vesicas excitare, setacea applicare, &c. hæc omnia & singula reliqua nec sanant afflictum, nec illo Medico *interno* carere possunt: omnes enim hæc operationes sunt præparationes ad consequentem restitutionem; etenim partium mundificatio, *puri* fundamenti in aliqua læsione productio, dem Schaden einen frischen Grund geben, secessio, stagnationum resolutio, conveniens humorum circa & ad partem læsam promotio, festucarum secessio, fissurarum & fracturarum positiva concretio & reparatio, exfoliatio, confirmatio, consolidatio, cutis abscessæ aliqualis regeneratio, nova congrua sarcosis &c. &c. non sub *potestate*, directione & *modificatione læsi* corporis stat, quod juxta *naturalem* sensum, & *logicam* connectendi & subsumendi rationem *restitui* debet, adeoque sub qualitate & prædicamento passionis subsistit: unde æque ludicrum esset asyllum, asserere velle, licet in tota rerum universitate *nullum* reperiat exemplum, quod pars *læsa*, aut machina violata, *se ipsam sine* causæ præstantioris & nobilioris, *scientia*, peritia & dexteritate operandi instructæ, principali adjutorio emendare & restituere queat, Deum tantum hoc privilegium principalissimæ fabricæ corporis indidisse, ut se ipsum, *absque* causæ ejusmodi *dirigenti* concursu *faceret*: quam excusationem, exceptionem & assertionem nullus

lus, qui præjudicia, petitiones principii, paralogiſmos, & contradictiones evitare ſtudet, attentione dignam æſtimabit, quoniam in *frivola* aliqua provocatione, nunquam & nullibi demonſtranda, conſiſtit: Hinc perinde in Chirurgicis Proceſſibus idem Medicus *in nobis* non raro *manifeſta*, aliquoties *ſupenda*, ſemper vero, quando corpus ſuum afflictum *ſanar*, talia officia & opera præſtat, quæ *nunquam* ſine *rationali* moderamine perfici poſſunt: id quod in *ſpecialiſſima* deductione per *omnes* operationes *chirurgicas* *facili* negotio probari & confirmari poſſet; aut quoniam ſobriæ, nec præjudiciis & opinionum chimæris inebriatæ, faginatæ & infectæ mentes, proprio intuitu hanc viam ad veritatem invenire & ſequi poſſunt, noſtra aut manu-ductione, aut perſuaſione haud indigent: Tandem etiam in hac obſervatione ſignificandum erit, quod Medicus *internus*, huc uſque commendatus & probatus, pro varietate *nationis*, *ſtemmatis*, *climatis*, *educationis*, *vita generis*, *diætæ*, reliqui *regiminis*, *adſuetudinis*, *hæreditaria* diſpoſitionis, *moralis* animi moderaminis, *ordinis* operationum, *habitus corporis* & forte adhuc *aliorum* reſpectuum, officio ſuo aut *heroice* & ſtrenue, aut *mediocriter* & placide, aut paulo debilius & tardius fungatur, quemadmodum vires, dotes & facultates *omnium* creaturarum generibus & ſpeciebus cum *diſcrepantia gradus*, uſus & *ſpecialiſſimæ* diſtinationis conſeſſæ & diſtributæ deprehenduntur, ſub *conformitate* moralium & vitalium functionum, *ſpiritualis* & *naturalis* regni, aut Gratia & Nature: Sed plura addere haud propoſito noſtro reſponder: ſuffecerit hunc Medicum *in nobis* indicaffe & commendaffe: Modum quo operationes ſingulas ipſe adminiſtrare ſolet, hoc themate explicare minus placuit: ſatiſfaciet themati noſtro rem ſignificaffe, variis que ſpeciminibus probaſſe. Vela contrahimus. Deo devotiſſima gratiarum actione pro almo ſuo adjutorio hunc laborem commendamus, ut ad proſperum pertendat

F I N E M.


ULB Halle 3
002 186 950



sb

VD18





M

DISS

MED

Confes

DN. D.

SACR. MAJ. I
CONSILIAR


Domino Pa
P

SUMMISQUE
GIIS D

PUBLICÆ

BI

TYPIS J



S MEDICA,

CO
IS

URALI,

IO,
aris Medicæ,
IANA,

ALBERTI,

CONSIST. MAGDEB.
UR. PROFESSORE

ETC.
SSIMO,
is cultu prosequendo,
TORIS

IBUS ET PRIVILE.
MPETRANDIS,

JULII
TIONI SUBJCIET

AHL,

CAE,
ACAD. TYPOGR.

1735
32
1

